



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Dormi Secvre: Vel Cynosvra Professorvm Ac Stvdiosorvm Eloqventiæ,**

in qua Centvm Et Viginti Themata Oratoria. Non Solvm Stvdiosis, Sed &  
Professoribus eloquentiæ, ac pietatis veræ amantibus utilissima &  
pernecessaria explicantur ; Cum Indice rerum atq[ue] verborum locupleti

**Tympe, Matthäus**

**Coloniæ Agrippinæ, 1650**

VI. Vituperatio Hydropis divitiarum, seu Avaritiæ.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38994**

ras, & Telamon nuntiata morte filii, responderunt, *sciebam me genuisse mortalem.*

In EPILOGO, monebitis Auditores, ut cogitent etiam sibi paulò post esse moriendum, & amorem liberorum, uxoris aliarumque rerum charissimarum amori Dei postponant; tum quia primum & maximum mandatum est, de Deo ex toto corde, anima visceribus, diligendo; tum quia Christus disertè contestatus est: *Qui amat patrem aut matrem plus quàm me, non est me dignus.* Et: *Qui amat filium aut filiam super me, non est me dignus.* Matth. 10. v. 37.

VI. VITUPERATIO HYDROPIS  
*divitiarum seu Avaritiæ.*

EXORDIUM ducetur à dignitate nostræ conditionis, qui ad hoc solum creati sumus, & in hoc redempti, ut summo illo bono semper fruamur; totam verò hanc mundi machinam fabricatus est Deus, ut omnia nostris servirent usibus.

PROPOSITIO: Cùm igitur admodum sordidum sit, & angusti animi, pauperes Christi discipulos, & ad longè meliorem possessionem vocatos, res mortuas & vilissimas, quas etiam gentiles magno animo contempserunt, ut magnum quiddam admirari, decretum tibi esse dices, Auditores ab ardente cumulandi divitias siti dehortari.

CONFIRMATIONIS I. LOCUS, *ab effectis* Bar. 3. v. 14. Greg. 4. mor. c. 3. *hujus morbi.* PRIMÒ, Quòd regno cælorum nos excludat, & æternis inferni pœnis addicat. Sic enim loquitur Propheta Baruch: *Vbi sunt qui argentum thesaurizant, & aurum in quo confidunt homines? exterminati sunt, & ad inferos descenderunt.* Et Christus: *Va vobis divitibus, qui habetis hic consolationem vestram.* Et: *Facilius est camelum, &c. Tum S. Jacobus: Agite nunc divites, &c.* alterius vitæ gaudia sperent?

SECUNDÒ, Quòd insana hæc divitiarum appetitio semper cum proximi injuria sit conjuncta. Cap. 5. v. 13. Col. 3. v. 4.

*rus dicitur  
filius incre-  
dultatus.  
Esa. 5.  
Hom. 6.*

Hinc enim Propheta ait. *Va qui conjungitis domum ad domum, & agrum agro copulatis, nunquid vos soli habitabitis in terra & S. Basilii: Perinde facit avarus, sua cupide servans, ac si quis in theatro locum spectandi aliis eripiat suo unius usus adjudicans, quod ad omnium communem usum proponitur.*

*Math 6.  
Vbi thesau-  
rus, ibi cor.  
Et Luc 14.  
Emi juga,  
&c.  
Periculosa  
sarcina opu-  
lentia.  
Basil. Hom.  
21.*

**TERTIO**, Quod res externæ hominem facile inebrient, ut paulatim deponat amorem & timorem Dei, minus curet exercitia pietatis, sensim induat admirationem sui, frænos laxet affectibus, & vivere incipiat liberius. Ut enim hyberno tempore aër repidior in conclavi, aut in æstate auræ frigidioris umbra, & fonticulus susurrans corpus cibo refectum ad somnum invitatur; ita res splendidæ somnum animi, hoc est, Pietatis provocant neglectionem. Et ut equites cataphracti, propter *πυροωλικας* onus citius ab hoste fatigantur, quam pedites; ita splendore potentiæ, opum, honorum, animus, tanquam gravibus impedimentis, deprimitur, ut facilius de bono proposito remittat, atque adeò etiam circa fidem naufragium faciat. i. Tim. 6. *Quidam avaritiam appetentes erraverunt à fide, &c.*

*Syr. 5 v. 5.  
Avarus nõ  
implebitur  
pecunia.  
Prov. 27. 25.*

**II.** *Locus, ab adjuncta molestia & amaritudine, qua suffusa est ista insatiabilitas, quæ in animo accenditur avari. Nisi enim animus ad vera bona conversus, nõrit cupiditatibus modum statuere, & sibi temperare, nunquam tantum voluptatis capere potest, ex eo quod habet, quantum molestiæ sentit ex non quod non habet, & tamen habere desiderat. Dies igitur noctesque vexatur, qui hac sive *βολιμια* sive hydrope animi laborat, nec unquam quieto & tranquillo animo esse potest, semper aviditate plurium maceratur: non aliter, quam canis missa à domino frustra panis aut carnis aperto rictu captans, quidquid excepit, protinus integrum vorat, & nihilominus ad spem futuri*

*Oculi ho-  
minum in-  
satiabiles.  
Quò plus o-  
pes crescunt,*



2. Tim. 6. 17.  
Prov. 28. 11.  
Sapiens si-  
bi videtur,  
&c.

Psal. 23. v. 1.  
Non domini,  
sed economi  
divitiarum  
sumus.

Morte dese-  
renda sunt  
omnia ad  
aliumq; de-  
volventur,  
forte ingra-  
tum & de-  
notorem.

1. Tim. 6. v. 7.  
Syr. 10. v. 19.  
Pecunia obe-  
diunt omnia.  
Job 27. v. 19.  
Dives cum  
dormierit,  
nihil secū  
auferet.

Prov. 27. 21.

curis dilaniant, neq; unquam sitim sui sedant, ve-  
rū magis ac magis irritant.

IV. *Ab adjuncta stultitia*, quæ in accumulandis  
opibus committitur: quia Avaro thesaurizanti di-

ctum est Luc. 12. v. 20. *Stulte hac nocte*, &c. PRIMA  
ergo stultitia avari est, quod improbo labore con-

gerit, & corradit ea, quibus fortè nunquam est  
fruiturus. Unde B. Paul. voluit Timotheum divi-

tibus præcipere, *ne sperarent in incerto divitiarum*.  
SECUNDA est, quod thesauros congerit in mundo,

ubi omnes eius antecessores illos amiserunt. TER-  
TIA, quod usurpat sibi quæ sua non sunt. *Domini*

*est terra*, ait Psaltes Regius, & *plenitudo ejus*. Quan-

do canis duos homines sequitur, uter eius domi-  
nus sit apparet, quando alter ab altero discedit: sic

post mortem patet opum collectarum dominum  
non esse avarum, sed mundum: quia soli mundo

relinquuntur. Et quemadmodum si quis ad con-  
vivium prælatum invitatus, stultè existimaret

omnia sua esse, quæ apponuntur, & ideò si mensis  
remotis pateras lancesq; argenteas domo efferre

vellet, meritò ei à janitore diceretur, illa eius non  
fuisse, nisi quo ad usum: sic avari stulte omnia cre-

duunt esse sua, ideoq; dum hac vita excedunt, opti-  
mo jure eius janitor, mors, dicit illud Pauli: *Nihil*

*intulistis in hunc mundum*, &c. QUARTA, quod ex  
domino facit se servum, quia possidetur à divitiis

suis, non eas possidet, (nec enim aliter eas habet,  
quàm compedes habere dicitur, qui est compedi-

tus,) & in omnibus eis obsecundat, imò facit se  
mancipium earum vilissimum: si enim in morbum

incidat, non audet medicum advocare, ne jactu-  
ram faciat pecuniæ, &c. Licet autem tota vita se-

duldò eis cumulandis servierit, tandem tamen eum  
sine ulla mercede omnibus spoliatum dimittunt.

QUINTO, quia laqueos quærit, quibus se suosque  
strangulet, & in æternum perdat. *Cor iniqui*, ait Sa-  
piens,

piens, *inquiri mala*, id est, laqueos occultos usurae, simoniae aliorumq; iniquorum contractuum. Post mortem enim reddenda ratio de quolibet quadrante, quomodo eum ad Dei voluntatem expenderit. Stultè ergo tantas opes quærit, quibus se obligat ad tantas rationes.

V. *A testimoniis sacrarum Litterarum*: Sic enim loquitur Syracides: *Avaro nihil est scelestius*. Et: *Eccl. 10 v. 9.*  
*Nihil est iniquius quàm amare pecuniam: hic enim* & *ibid. v. 10.*  
*animam suam venalem habet*. Et: *Qui aurum diligit,* *Eccl. 31.*  
*non justificabitur*. Paulus quoq; Apostolus avaritiam appellat, *idolorum, vel simulachrorum servitutem*, cuius causam reddens S. Aug. *Perversi*, inquit, *Lib. xi. de*  
*avarari frui volunt nummo, uti autem Deo: quoniam* *Civit. Dei*  
*non nummum propter Deum impendunt, sed Deum pro* *cap 25.*  
*pter nummum colunt*. Quia nimirum, licet Deum cognoscant & revereantur, tanquam rerum omnium parentem, immoderato tamen affectu, que in sordibus pecunie inhærescunt, cum ultimum sui finem summum bonum esse re & facto negari videntur.

VI. Et à præcepto Spiritu Sancti. *i. Tim. 6. Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti simus.* *Luc. 12. Cavete ab omni avaritia.* *Prov. 23. Noli laborare ut divites.* *Matth. 6. Ne sitis solliciti, & c.*

VII. *Ab exemplo Christi, & Sanctorum*, qui avaritiæ hostes infestissimi verbis & factis fuerunt, Christus enim cum filius Dei esset, vel, ut loquitur Apostolus, *in forma Dei, Deo æqualis, Rex regum, & Dominus dominantium, exinanivit se, & formam servi pauperis accepit in stabulo ut pauper natus, pannis involutus, & in præsepio depositus, in sinu parentum pauperum suo labore & alienis opibus sustentatus, ita ut de se dixerit: Vulpes foveas, & c. pauper denique & nudus in lecto crucis mortuus, & in alieno sepulchro humatus. Deinde pauperes elegit discipulos, eisq; auctor fuit,*

*Quàm gravibus penis multorum avaritia dignatus castigata sit docet Theatrum nostrum.*

*Vindictæ divinæ.*

*Luc. 9. v. 8.*

*Reflecte mentem ad Dei-*

*paræ Virginis,*

*Apostolorum,*

*Martyrum,*

*atque adeo*

*Christi capitis nostri*

*paupertatē.*

*Matt. 19. 21.*

ut arctissimam totius vitæ paupertatem, relictis omnibus quæ in mundo haberent, vel habere potuissent, religione voti se obstringerent. Imò omnibus Christianis consulit eandem paupertatis perfectionem, dicens diviti adolescenti: *Si vis perfectus, &c.* Quod consilium & primi Christiani, ut est in Actorum Apostolicorum historia, (quorum nullus quicquam suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia) sequuti sunt, ac postea quàm plurimi religiosi Clerici, omnesque monachi, eorumque fundatores Antonius, Basilius, Benedictus, Bruno, Dominicus, Franciscus, &c. idque non alia de causa fecerunt, quàm ut ab avaritia, vel cupiditate, omnium malorum radice, quàm longissimè abessent. Tum ut eò capaciores essent opum cœlestium paupertatis professoribus promissarum: dixerat enim Christus: *Beati pauperes spiritu, &c.* dixerat diviti adolescenti: *Et habebis thesaurum in cœlo:* dixerat Apostolis: *Omnis qui reliquerit domum, &c. centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit.*

VIII. A testimonio etiam gentilium Philosophorum, qui conflato quasi consensu docuerunt, inter utilia bona divitias postremum locum obtinere. Si enim quidquid usquam est auri & argenti; seu terræ rubræ & albæ, id omne tu solus possideas, num idèd tua mens erit vel pilo melior, prudentior, aut doctior? num corporis valetudo prosperior?

CONFUTATIO franget duas Objectiones. I. hanc: *At divitia conciliant honorem.* Non enim conciliant honorem, nisi quem falsum tribuunt ii, qui non nisi stulta mirantur, & quibus placuisse bene vituperari est. Verus honos est laudari à laudatis; estq; non opum, sed virtutis præmium. Si tibi cedit, & te suspicit plebecula, cogita vestes illam tuas mirari, non te; imò in te ipsum descende, & animæ

mise-

Cap. 4.  
Hieron. Hieron.  
Hiod. Filius  
hominis, non  
dabet ubi  
caput reclinet.

Matt. 5. v. 5,  
c. 19. v. 2.

August.  
Ideo dantur  
pauis ne puerentur magna bona.

Difficuisse  
viru praviu,  
non infima  
laus est  
Principibus  
placuisse viru,  
hac maxima laus est.

miseram pauperiem considera, quam vulgus sit videret, tam miserandum te judicaret, quam nunc prædicat beatum.

2. *Res comparat amicos.* Sed falsos: alius enim divitem in sinu odit, ut tenacem; alius invidet, ut opulentiori; alius ad se spectans, assentatur & arripit, ut arrodar. Nihil molestius fert multitudo, quam aureos Nilos divitum, nihil magis optat, quam ut illorum turres gloriæque pyramides fulmine devastentur. Sunt divitiæ cadavera, quibus inhiant sexcenti vultures, ut qui opes conquirat, proprium hostem conducat. Hinc Diogenes interrogatus, cur aurum palleret, respondit, quia metueret multorum insidias: & Dion refert in motu Syllano neminem fuisse interfectum nisi jussu Syllæ, solis illis exceptis, qui maximas divitias possidebant: ab iis enim cupidi milites, cum aliter desideria explere non possent, etiam si nihil in mandatis haberent, tamen non abstinebant. Hinc ille, qui haberet splendidam villam, cum interficeretur exclamavit: *O villa cur occidisti tuum dominum?* Et quamvis sit qui divitem syncerè diligat, ipse tamen dives non potest non omnes habere suspectos, omnes vultures judicat cadaveri inhiantes, omnes muscas ad suum compendium advolantes.

In EPILOGO post repetitionem præcipuorum argumentorum hortaberis Auditores, ut, quò securiores, tranquilliores, & ad virtutes comparandas aptiores existant, aurum admirari desinant, nullumque studium in coacervandis opibus ponant, nec sperent in incerto divitiarum; sed in Deo vivo, & divites fiant in operibus bonis, &c. i. Tim. 6. v. 18. addeque hanc aut similem Apostrophen ad avarum: Heus admirator auri, desine mirari stercorea Pluti, & aureos divitiarum imbres, quibus sitim ac famem tuam nunquam explebis: summum ac mundum

Horat. lib. 1.  
epist. 7.

Senec. epist.  
14. 106.

Lib. 47.

Plut. in  
Sylla.

Cnates Thebanus opes abiecit, ut aptior esset ad capeffendam sapientiam.

Dum aurum Nilum, aut reos montes, ac mundum



*fomniā,*  
*mortis à ter-*  
*go harentis*  
*speculis con-*  
*fossus, velin-*  
*gues omnia.*  
*Hieron. ad*  
*Paul. Facile*  
*contemnit*  
*omnia, qui*  
*se semper co-*  
*gitat esse*  
*moriturum.*  
*Sic. 1. de fin.*  
*Iob. 1. Eccl. 5.*  
 Qui amat,  
 &c.  
*Sap. 7.*  
*1. Tim. 6.*  
*Divina va-*  
*riis fortuna*  
*fulminibus*  
*& ictibus*  
*concutiun-*  
*tur.*  
*Epist. 20. 21.*  
*61. 4. 17. 91.*  
*25. 116. 120.*  
*Luc. 12.*  
 Quæ para-  
 ti cuius  
 erunt?  
*Psal. 48.*  
 Relinquet  
 alienis.  
*Psal. 38.*  
 Thesauri-  
 zat & igno-  
 rat cui.  
*Iob 20. v. 20.*  
 Cum ha-  
 buerit quæ  
 concupie-  
 rat possi-  
 dere non

mum illud bonum contemplare, quod unum cum  
 adest, etiamsi reliqua omnia defuerint, animum  
 tuum (licet capacior sit, quam ut vel universis hu-  
 ius mundi bonis queat satiari) abundè explebit:  
 revoca tibi in mentem, qualem te primum terra  
 nascentem exceperit, qualem item receptura sit  
 morientem: semper cogitationi tuæ obversetur  
 stultus ille (*Luc. 12.*) Evangelicus, cui dictum est,  
*hac nocte, &c.* metue semper illud *Va*, quod diviti-  
 bus huius seculi minatus est Christus (*Luc. 6.*) re-  
 cole parabolam, ejusdem de liliis & avibus in diem  
 viventibus, ad quorum imitationem nos exhorta-  
 tur: recole quòd idem (*Matt. 6.*) ne peram quidem  
 aut sacculum suis gestandum permiserit, & quòd  
 nos ante omnia jusserit quærere regnum Dei, &  
 hæc omnia nobis adjicienda promittat. Cogi-  
 ta bona illa externa apud nos, non nostra esse, &  
 neminem quicquam horum secum adferre cum  
 nascitur, aut secum ad alterius vitæ possessionem  
 hinc transportare: imò nemini exploratum esse,  
 se vel ad vesperam, quæ possidet retenturum: item  
 quomodo mortuorum bona in alienas manus per-  
 veniant: quàm multi Principes, cum nihil minus  
 cogitarent, de fastigio regii throni, in imas misce-  
 rias sint deturbati: quàm multos subitum momen-  
 tum in profundam invidiæ, contemptus, & con-  
 tumeliæ, si non supplicii, dejecerit sentinam:  
 quàm frequentes sint amplissimarum opum cum  
 mendicitate aut tenuissima fortuna commutatio-  
 nes. Expende, tecum quàm paucis natura sit con-  
 tenta. *Quisquis*, inquit Seneca, *exit in lucem, jussus*  
*est lacte & panno esse contentus &c.* Nec mihi dicas,  
 liberorum causa aliquid tibi esse reponendum, cum  
 incertum sit, an ii parva bona sint accepturi: quia  
 vel tibi vivo possunt eripi, vel post mortem subje-  
 cto testamento, aut aliis malis artibus auferri, vel  
 saltem plurimum imminui, vel ipsi liberi possunt  
 mori

mori antequam quæ ipsis conquiruntur, acceperunt. Nullum verò certius aut lætius patrimonium relinquitur liberis, quam si piè educatos patet piè decedens Dei tutelæ commendet. Talibus enim, quibus pietas est cordi, nunquam deerit victus, nunquam eos rerum ad sustentationem copia destituet: semper enim Deum secum habebunt, qui antequam nascerentur ipsis prospexit. At liberis malè educatis per ipsas opes subministratur perniciēs: & quò plus pecuniæ relinquitur, eò major præbetur ad expetendam parentum mortem, aut molestius ferendam ipsorum longævitas, & ad mala culpæ & pœnæ occasio. Quid enim ipsis opes sunt aliud, quam quod sternax equus est homini equitandi imperito, aut quod cultellus est in manu infantis, aut furiosi? hinc inflatur animus, hinc luxus irritatur, & hinc opera assentatorum & similibus pestium, eò decurrunt, ut si ipsa salus opem illis ferre cuperet, nò possit. Taceo quod licet omnes opes sint fluxæ, & momentaneæ, injustarum tamè multo pronior sit dissipatio. Sicut cū glacies urgere calore solis colliquefcit, ita ipsæ afflatu divinæ maledictionis dilabuntur facillimè imò etiam si omni industria rationes ad præcavendâ dissipationem sint inita, tamè nihil proficitur. Quæ enim prudentia divinæ maledictionis vim prohibeat? aut Deo punituro manus constringat? Quod si res familiaris manet integra, tamen hæredes in impietatem & æternæ salutis discrimen (quod omni jactura fortunarum miserius est) præcipitantur. Tam præclarè ipsis acervandis pecuniis consulitur. Quare vide, ne infinito labore pecuniam cumulans materiam peccatorum liberis præpares, & sic dupliciter fias reus, daturus pœnam cum propter eos, quos defraudasti, tum propter eos, quos ad peccata instruxisti, seu armasti. An non quovis filio tibi propior est tua anima? ei ante omnia lega partem præcipuam, ei præbe di-

poterit.

*Cui cultus  
divinus est  
cordi ei re-  
liquas facillè  
famulantur.*

*Cum DEI  
Bonitas pas-  
serculos be-  
nigne & pa-  
scat, & ve-  
stiat, homi-  
nem piæ  
destituet  
scilicet.*

*Psal. 4.  
Ut quid di-  
ligitis vani-  
tatem, &c.  
Malè acqui-  
sita DEI  
maledictio-  
nem secum  
vehunt.*

*August. lib.  
Serm Serm.  
48. Quam  
curam geris  
filiorum, ut  
eos obruas  
lachrymis.*

*Miserorum  
non est hoc  
filios amare,  
sed necare.  
Talia sapè  
injuriam &  
lachrymæ  
multorum  
constant.  
Quid sunt  
sumptuosissi-  
ma adificia,  
& corporum  
ornamenta  
ad speciem  
vnius ver-  
nantis horti,  
nedum ad  
ampliss. to-  
zium mundi  
theatrum.*

vites vitæ æternæ occasiones, & tunc demum ad bona filii distribuenda accede. Liberi sibi ædes & alia comparare possunt etiam si nihil tale à te acceperint, animæ verò tuæ, ubi à te deserta fuerit, quis succurret? quis eius miserebitur? Ad hæc, ne quæso dicas, ad rem sum attentior, ut in vestitu, in ædificiis, & apparatu conviviorum non nihil possum ostentare splendoris; sed ea potius tibi compara, quæ non stolidis, sed rectè judicantibus te commendent; pietatem dico, sapientiam, & virtutem. Fulget enim magnorum virorum virtus suis radiis, & animos ferit, etiam ubi vili veste induti sunt, aut tenuiter vivunt, vel habitant. Extruatur domus sumptuosissimè, exornentur parietes auro, pavimenta insternantur marmore, sculptilibus tabulata picturis superbiant, omnia colluceant & resplendeant quam magnificentissimo ornatu, quanto plus inde commodi habebit possessor, quam aliquis mediocriter habitans? Ad unum convivium instruendum conquiratur quidquid in multis longo intervallo diffitis locis haberi potest, edatur immanis strages in numerabilium animalium, quantum inde ventres assidentium decerpent? Nec commoda altius, quàm ad corpus pertingent, cui tamen non semper erunt commoda, sed ut plurimum detrimenta: quid enim anima inde habebit, nisi impedimenta? Idem de vestitu dici potest, & vel maximus splendor auro, argento, & gemmis rigens, ipsius Christi testimonio uti flosculo cedit. Taceo quod plerique dum hoc modo applausum captant, in maximam invidiam & asperrimas reprehensiones & derisiones incurrunt, maximè si quid supra vires aut supra suam conditionem suscipiunt. Est enim natura ita comparatum, ut homines plus faveant humilibus, licet ad fastuosa initio attoniti ora obvertant, paulatim tamen offensionem animo concipiunt, dum

dum vel se hoc modo contemni, & alium evolare supra omnes velle suspicantur, vel ranam Æsopicam sese inflantem, ad bovis magnitudinem aspirare vident. Heraclitus à suis civibus rogatus, ut Plutarch., salutarem aliquam admonitionem publicè proponeret, quæ prodesse posset ad concordiam, accepto poculo aqua repleto, & massa farinæ, atque manipulo pulegii, suggestum conscendit, & istis ostensis, atq; aqua epota, farina autem & pulegio mixtis descendit rursus, ne verbum quidem dicens, sed hoc signo ostendens, quòd non requirere sumptuosa, Remp. contineat in concordia.

Non legimus quenquam Patriarcharum (etsi in illa paucitate hominum, & tanto vitæ spacio, quo fruebantur, amplissimas in terra sedes, & divitias regias sibi parare potuissent) occupatum fuisse magnificentiæ studio; sed ut in ipsis longè major fuit sapientia, quam in Cainitis, magnificentiæ studiosis, ita cultus vitæ planè in iis simplex: toto enim animo ad vera bona & pietatem erant conversi, dum ille degener Cain cælum in luto, atque fimo terreno quæritans, animam totam in terram abjiceret. Quid & cæli, & terræ Creator, ac sustentator, Deus & homo Christus Jesus præ se tulit, cum in terris obambulet, an cultum corporis magnificum?

Nihil hîc addo de malis artibus, ad quas ple-  
rosque illa ostentatio sui cultores tandem ablegat: nihil de superbia, quæ studio talium rerum captos miserè dementat, ut obliviscantur suæ ingentis infirmitatis, nec recordentur vitam hominis esse scenæ per similem, in qua aliis aliam personam imponit Deus, & sæpè in media fabula easdem mutans, non sinit aliquem eum ornatum, quo prodierat, retinere, & ut maximè retinere, donec omnia peragantur, concedat, peracto tamen dramate, ornatum omnem quisque restituere

*Aug. Vermis  
divitiarum  
superbia.  
Chryso. Hom.  
2. ad pop.  
Ant. Fugitivus  
est, &  
ingratus ser-  
vus divitiarum  
possessio,  
&c.*

ruere & cum corpore simul omnem amictum deponere cogitur.

VII. DE EXTREMO  
judicio.

**E**XORDIUM *duces ab impiorum infelicitate,* quorum tanta est cæcitas, ut periculosum vitæ suæ statum non videant, & enumerabis studia, quibus præpediti, quæ ad æternam pertinent salutem minimè curant: *vel ab utilitate,* quæ ex meditatione rerum futurarum fluit, quòd à vanis cogitationibus animum abstrahat, à peccandi licentia deterreat, & à studio pecuniarum, rerumque similitium avocet.

*In PROPOSITIONE* dices, te facere non posse, quin pauca de futuro duntaxat extremi Judicii die Auditoribus in memoriam revoces.

*In CONFIRMATIONE PRIMÒ* propones *illius diei atrocitatem,* idque per quandam hypotyposin, Judicii formam modumque exprimentem, quòd Christus venturus sit Angelorum stipatus legionibus, ac infinita aliorum cœli civium multitudine circumdatus; ad buccinæ signum omnes à mortuis excitabuntur, clausæ inferorum januæ subito se aperient, fremitus, fulgura, tonitrua per cœlum discurrent; vultus Dei tam horribilis erit, quàm decet judicem indignis modis ad summam iracundiam ab reis provocatum.

*SECUNDÒ* *Formidabilem* asseres *judicii rigorem,* quod ibidem nihil, ne verbum quidem, relinquatur indiscussum: non modò factorum, sed cogitationum etiam accuratissima ratio instituetur, quidquid clam, omnibusque remotis arbitris paratum est, in clarissimam lucem, omniumque aspectum proferetur. Quid, quòd per Regium Prophetam justitias sese etiam nostras judicaturum Dominus affirmat? Non igitur injuria

D. Hic;